

**Lvdovici Molinæ, E Societate Iesv Theologiæ Doctoris, &
Professoris, Commentaria, In primam D. Thomæ partem**

Molina, Luis de

Lugduni, 1622

Examinantur sententiæ asserentium vel beatos omnes, vel solum
Christum videre omnia, saltem quoad essentias quas Deus nouit. Memb.
2.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73915](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73915)

MEMBRVM II.

Examinantur sententiæ afferentium, vel beatos omnes, vel solum Christum videre omnia, saltem quoad essentias, que Deus nouit.

*Beatos vide-
re omnia uni-
uersim que
Deus nouit,
qui affer-
vit.*

Alij, quos refert Durandus in 4.d.49.q.3. affir-

*Eorum argu-
mentum.*

Per beatitudinem, que in visione diuinæ essentia posita est, expletur capacitas intellectus: alioquin intellectus beati remaneret imperfectus, quod est contra rationem beatitudinis, iuxta definitionem illam Boëtij, qui dicitur, *esse statu omnium bonorum aggregatione perfectum*: sed intellectus noster est capax cognitionis omnium omnino, qua Deus cognoscit: ergo intellectus beati visione beatifica ea omnia omnino videbat in Verbo.

*Beatis no vi-
dentes in Deo
omnia que
Deus videt.*

Hæc tamen opinio censenda est plus quam periculosa. In primis namque, iuxta ea quæ in superioribus dicta sunt, ex ea sequitur, beatos comprehendere diuinam essentiam: cuius oppositum articulo precedente ostendimus esse de fide. Præterea Matthæi 24: habetur. *De die autem illa* (iudicij scilicet) *nemo scit, neque Angeli celorum.* Ita etiam 63. Angelii cælorum leguntur interrogasse, *Quis est iste, qui venit de Edom,* &c. licet autem interrogatio illa potius ex admiratione, quæ ex ignorantia profecta videatur, Hieronymus tamé cam interpretatur quasi ex ignorantia profectam, communiterque affirmanter Sancti, Angelos circumstantias aliquas circa mysteriū incarnationis & redemptoris ignorasse. Quod confirmatur ex illo ad Ephesios 3. Ut inno-
tescā principib⁹ & potestib⁹ in cœlestib⁹ per Eccle-
siā multi formis septemia Dei. Præterea, Angelii inferiores purgantur à nescientia ab Angelis superioribus per illuminationes & reuelationes, quæ à Deo per superioribus ad inferiores deriuantur, vt Diony-
sius, cap. 7. Cœlestis hierarchia est autor. Item beati, etiam Angeli sint, non cognoscunt cogitationes cordium vi folius intuitus diuinæ essentiae, eo quod id sit proprium Dei, vt hoc loco in argumento, *sed contra ali⁹* mat D. Thomas. Neque etiam futura contingencia: eo quod pendeant ex determinatione voluntatis diuinæ, que beatis naturaliter est occulta, iuxta illud 1.ad Corinth. cap. 2. *Qua Dei sunt, nemo cognovit, nisi spiritus Dei.* Hæc opinio ex refutatione opinionis Durandi magis manebit impugnata.

*Ad argumen-
tum in con-
trarium.
Capacitatem
involvēt ex-
plori, contra-
dictionē im-
plicat.*

Ad argumentum in illius confirmationem propositum, neganda est maior: implicat enim contradictionem, capacitatem intellectus expleri. Capacitas namque sumitur per comparationem ad potentiam diuinam, quæ non tantam cognitionem potest infundere intellectui, quin possit maiorem: quare ut implicat contradictionem, potentiam diuinam exhaustam comparisonem cognitionis, quam intellectui potest infundere, ita contradictionem involuit capacitatē intellectus creati expleri posse. Ad probacionem in oppositum dicendum est, duobus modis posse dici intellectum imperfectum. Vno proprie, negatione perfectionis illi debitæ: atque hoc modo negandum est, eo dato, manere debere im-

A perfectum: quippe cum debita non sit intellectus cognitionis omnium, quæ per diuinam potentiam potest videre. Altero modo impropiè, quia scilicet habet negationem perfectionis, quæ sibi minimè debetur. Quo pacto concedendum est, debe- re manere imperfectum, neque ex eo aliquod incommodum proficiat. Etenim inferiores beatū car- rent incremento beatitudinis superiorum, neque in eo aliquod cernitur absurdum. Diuum autem illud Boëtij intelligendum est, beatitudinem esse statum omnium bonorum, eò quod in illa formaliter, aut eminenter confinieantur omnia bona.

Cum opinione proximè impugnata coniuncta est opinio illorum, qui affirmant, non omnes beatos videre in Verbo omnia omnino, quæ Deus scit, sed solam animam Christi. Huius sententiæ fuerunt Magister in 3. dist. 14. & beatus Fulgentius in sermone quodam, quem Magister citat, Albertus Ma- gnius eadem dist. 14. art. 1. & Alexander 3. par. q. 13. memb. 7. Est vero sententia hæc reiicienda, quam D. Thomas, ceteraque Scholastici communiter merito reiiciunt. Ad id enim necessarium est lumen gloriae infinitum, infinitaque penetratio diuinæ es- tentiæ: vtrumque autem nulla ratione esse potest. Præterea id omnino esse non posset nisi anima Christi diuinam essentiam comprehendenter, vt ex dictis in superioribus est manifestum: implicat autem contradiccionem rem creatam arque finitam, qualis est anima Christi, comprehendere diuinam essentiam. Merito ergo Cassiodorus exponens illud Psalmi, *Mirabilis facta est scientia tua ex me, ait: Veritas hu-
mana conditionis ostenditur, quia homo assumptus diuina
substantia non potest coquari in scientia, vel in aliquo alio.*

Durandus loco citato in ea est sententia, vt dicat, quemcumque beatum intueri in diuinâ essentia res omnes tam in specie, quæ in individuo, etiam eas, quæ diuina potestia esse possunt, nec tamen vnu-
quam erunt: intueri tamen eas, quod quidditates earum, non vero quod existentias, hoc est, intueri de unaque carum quid sit, non vero vtrum existat, aut existerit aliquando. Itaque non negat Durandus beatos conspicere naturas tam rerū, quæ exi-
stentiarum (existentia namque res quædam sunt) sed negat eos intueri coniunctionem, seu comple-
xionem contingentem rerum cum existentia. Con-
fitebitur ergo Durandus beatos conspicere in Ver-
bo, non solum essentias rerum omnium, sed etiam complexiones omnes necessarias carū, vt hominem esse animal, esse disciplinæ, ac risus capacem, atque esse posse diuinam potentiam, & ceteras complexiones necessarias, quas Deus scit scientia naturali: omnes enim haec complexiones penetratis naturis rerum mediate vel immediate conspicuntur. Solum au-
tem negat eos, vi visionis diuinæ essentia, intueri complexiones contingentes rerum cum existentia, id est, vtrum res existant, aut existent. Atque cum ad veritatem carterum complexionum conting-
tium (vt quod homo sit albus, quod Socrates am-
bulat, &c.) necessaria sit existentia extremitū, vnu-
versim negabit beatos, vi visionis diuinæ essentia, intueri complexiones contingentes. Atque hac planè est sententia Durandi, qua tribuens beatis co-
gnitionem omnium, tam complexorum, quæ in-
complexorum quæ Deus scit scientia naturali, so-
lum eis denegat cognitionem complexionum con-
tingentium, quas Deus scit scientia libera post de-
terminationem sua voluntatis, iuxta ea, quæ cum Scoto diximus artic. 2. disputatione ultima.

Primum eorum, quæ afferit, probat Durandus ex illo Gregerij 4. Dialogorum, cap. 33. &c. Moral. c. 2. priva-
(alias)

*Sententia af-
ferentia sa-
lam animam
Christi vide-
re omnia, que
Deus nouit.
Animæ Christi
non cognos-
cit omnia
que Deus
nouit.*

Psalm. 138.

Durandus sen-
tentia.

(alijs 3.) Quid est quod non videant, qui vidente omnia videntur? ut verba Gregorij habent. Quid de his, que sciendi sunt, noscunt, qui scientem omnia sciunt?

Secundò, quoniam intellectus beatus videt claram diuinam essentiam, videt in ea omnia, quæ per eam naturaliter, & ex necessitate repræsentantur, sed diuinam essentiam repræsentat naturaliter, atque ex necessitate omnes omnino res quoad eam essentias, & consequenter quoad complexiones necessarias, quæ ex penetratione ipsarum essentiarum mediatè vel immediate cognosci possunt: ergo intellectus beatus videns claram diuinam essentiam, videt in ea omnia omnino quoad carum essentias & complexiones necessarias. Maiorem probat, quia si non videret omnia, vel id proueniret, ex parte repræsentantis, vel ex parte intellectus, cui fit repræsentatio. Primum dici non potest, quia repræsentat naturaliter, & ex necessitate, atque determinatè unumquodque eorum, quæ repræsentat. Secundum vero similius falso est, quandoquidem, cum videre possit essentiam repræsentantem, maiori eum ratione videre poterit res omnes per eam repræsentatas: quippe cum omnes simul non pertingant ad perfectionem & entitatem essentiae, quam intutetur: cum vero non sit maior ratio in una re-præsentata, quam in reliquis, vel nullam videbit in essentia, vel si aliquam videt, videbit omnes. Minorēm vero probat, quoniam in primis, quod essentia diuina non solum repræsentet, sed etiam determinatè repræsentet res omnes quoad carum essentias, etiam que creari possunt, non potest esse dubium: opposito namque dato, Deus eas non cognosceret per suam essentiam, quod est absurdum: cum non aliter eas cognoscat. Quod vero eas repræsentet naturaliter & necessariò, probat: quoniam repræsentat eas, quatenus causa potens eas producere, ad quod requiritur, ut virtute & eminenter eas contineat: cum ergo Deus, licet liberè eas producat, naturaliter tamen, & non liberè, sit causa potens eas producere, sit, ut naturaliter, & non liberè, eas contineat, ac repræsentet.

Secundum vero probat, quia complexiones contingentes pendunt ex libera determinatione voluntatis diuinæ, qua statuit res producere, aut permittere: ut sint: libera autem determinationis voluntatis diuinæ sapientia natura est occulta, etiā iis, qui diuinam essentiam intuentur, nisi Deus peculiariter modo cam reuelet & manifeste beatis, iuxta illud 1. ad Cor. 2. *Quis hominam fecit, quis sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est?* ita quia Dei sunt (id est, cogitationes & determinationes voluntatis diuinæ) nemo cognovit nisi spiritus Dei: beati ergo in Verbo vi visionis diuinæ essentiae non vident complexiones contingentes. Confirmatur, quia non vident quando futura sit dies iudicij, iuxta illud testimonium cœtatum Math. 24, id autem non aliunde est, nisi quia non vident ea de re determinationem voluntatis diuinæ: res namque de se, nisi penderet ex libera determinatione voluntatis diuinæ, non est maioris, aut magis abstrusa entitatis, quam alia res, quas vident in Verbo: determinatio igitur voluntatis diuinæ naturaliter est occulta beatis, & idcirco naturaliter etiam sunt eis occultae in Verbo complexiones, quarum cognitio pendet ex determinatione voluntatis diuinæ. Deus igitur quia & se, & determinationem sua voluntatis plenissimè comprehendit, plenissimè cognoscit scientia libera complexiones omnes contingentes. Neque placet, quod dicit Durandus, Deum videlicet prius scire complexiones contingentes secundum esse futurum per dictamen

A & imperium rationis prædictæ, quod antecedere debet determinationem voluntatis, quam voluntas statuit ut sint: existimat enim libertatem potius in dicamine illo, quam in determinatione voluntatis positam esse: quod tamen 1.2. q.9. artic. 1. latè impugnamus, ubi simul ostendimus, non esse necessarium illud dictamen, ut voluntas velit. Itaque Deus prius per scientiam naturalem scit omnia, quæ per suam potentiam esse possunt, deinde vero liberè vult esse aut permettere haec aut illa, & tunc statim complexiones omnes contingentes futuras præcognoscit.

B Quid attinet ad primum eorum, quæ Durandus

*Beati nec
omnes natu-
ras rerum vi-
dere possunt,
quas Deus
videt.*

hoc sua sententia affirmat, certè mihi cum communione Doctorum sententia videtur falsissimum, neque sylva ratione defendendū. Primum, quia licet effectus virtute & eminenter continentur in causa, causaque, quantum est de se, satis sit ad omnes repræsentandum, attamen major penetratio causa requiritur ad cognoscendum in ea effectus illius in specie, quam in genere, & ad cognoscendum eos in individuo, quam in specie: item major penetratio necessaria est ad cognoscendum in ea maiorem, perfectiore, ac admirabiliorē effectum, quam ad cognoscendum minorem, imperfectiorem, & minus admirabilem: cum ergo Deus in infinitum possit producere effectus perfectiores essentialiter, atque admirabiles, sit, ut ad cognoscendum in Deo omnes effectus, qui potentia ipsius esse possunt, necessaria sit infinita penetratio Dei, quæ esse nequit cum finito lumine gloriae, quale est quod habent beati. Nullus igitur beatorum, etiam anima Christi, videt in Deo essentias omnium effectuum, qui esse possunt. Secundum sequeretur scientiam minimi beatorum aquari scientiam naturalis Dei, quoad latitudinem eorum, quæ viraque scientia cognoscuntur, quod est satis mirabile. Tertiò argumentatur quidam, quia inde sequeretur beatos posse comprehendere diuinam essentiam, quod est hereticum. Sequitur probant, quia si Deus statuisset nihil aliud creare, nisi unum beatorum, ille sciret in Deo omnia, quæ Deus sciret: ergo sicut Deus tunc seipsum comprehendenter, ita etiam Deum ipsum comprehendenter ille beatus: quippe cum nullum contingens esset tunc futurum. Respondent aliqui in gratiam Durandi, quoniam nullum contingens esset tunc futurum, id tamen ignoraret ille beatus: quandoquidem vi visionis beatifica non posset id cognoscere. Potest tamen obiecti contra hoc, quod posset tunc

C D admirabile: cum ergo Deus in infinitum possit producere effectus perfectiores essentialiter, atque admirabiles, sit, ut ad cognoscendum in Deo omnes effectus, qui potentia ipsius esse possunt, necessaria sit infinita penetratio Dei, quæ esse nequit cum finito lumine gloriae, quale est quod habent beati. Nullus igitur beatorum, etiam anima Christi, videt in Deo essentias omnium effectuum, qui esse possunt. Secundum sequeretur scientiam minimi beatorum aquari scientiam naturalis Dei, quoad latitudinem eorum, quæ viraque scientia cognoscuntur, quod est satis mirabile. Tertiò argumentatur quidam, quia inde sequeretur beatos posse comprehendere diuinam essentiam, quod est hereticum. Sequitur probant, quia si Deus statuisset nihil aliud creare, nisi unum beatorum, ille sciret in Deo omnia, quæ Deus sciret: ergo sicut Deus tunc seipsum comprehendenter, ita etiam Deum ipsum comprehendenter ille beatus: quippe cum nullum contingens esset tunc futurum. Respondent aliqui in gratiam Durandi, quoniam nullum contingens esset tunc futurum, id tamen ignoraret ille beatus: quandoquidem vi visionis beatifica non posset id cognoscere. Potest tamen obiecti contra hoc, quod posset tunc

E F Deus manifestare illi determinationem sue voluntatis, ita ut immobilitatem quoque illius ea de re evidenter cognosceret, quo dato, scientia illius omnino & quareatur scientia diuinæ quoad latitudinem eorum, quæ in Deo cognoscuntur, ac proinde comprehendenteretur Deus à beato illo, sicut per scientiam diuinam Deus à seipso comprehendenditur: quare certè non est satis tuta opinio Durandi.

Ad primum vero argumentum Durandi in op-

*At primum
Durandi in
contrarium.*

positum responder hoc loco D. Thomas, dictum il-

lud intelligendum esse, quod sufficiat, obiecti,

quod de se est potens ad omnia ostendendū, quasi

fit sensus: Quid est, quod Deus illis nō possit ostendere in seipso? Forte tamen intelligit Gregorius de iis, quæ ad statum cuiusque spectat scire. Et loquitur de visione sue in Verbo, sive in proprio genere per revelationem: simile namque quid dicit 12. Moralium, cap. 23. & intelligit hoc modo, ut ibi ex antecedentibus, & sequentibus est manifestum,

Ad secundum neganda est maior. Ad probatio-

nem dicendum, partim prouenire ex parte essentiae,

quæ plus repræsentat ea, quæ sunt in ipsa formalis-

Ad secundum.

ter,

ter, quām ea quā sunt eminenter, & in ea quā A responso ad 4. & 3. contra gentes, cap. 19 ac alibi
in ipsa sunt eminenter, quedam patentius in ipsa
repräsentanteur, quām alia, vt dicitur est: & partim
ac præcipue prouenire ex parte intellectus qui cū
finito lumine gloria non potest videre in Deo om-
nia, quā in eo sunt eminenter, quāque per poten- B
tiam ipsius esse possunt. Atque ad id, quod contra
hoc obiicitur, ex dictis patet solutio: maius etenim
est videre creaturas in Deo, quām Deum ipsum in
se: quippe cū visio creaturarum in Deo proueniat
ex penetratione essentie diuina ut cū causa earū.
Ad id verò, quod vñterius obiicitur, negandum est,
non esse maiorem rationem de vna creaturarum,
quām de reliquis, quā in diuina essentia repræsen- C
tantur, quedam enim facilius parent & videntur
in diuina essentia: quām alia, vt dicitur est.

Quod verò attinet ad secundum, quod Duran- B
dus affirmit, existimo etim verissimum afferere, quod
attinet ad complexiones contingentes de futuro,
satifice id probati propositis supra rationibus. Ea-
dēmque videtur esse sententia D. Thomæ hoc loco
in argomento, sed contra, vbi ait, beatos nescire
futura contingēta, neque cogitationes cordiunt,
sed id esse proprium Dei. Quoad complexiones
verò de præsentib[us], posset aliquis dicere, quemadmo-
dum Angeli per species, quas habent, non cognoscunt
complexiones contingentes, antequam sint,
attamen quando sunt per notitiam intuituam ex-
tremum vident coniunctionem prædictam cum
subiecto, vt albedinis cū pasci, aut fissionis cum
Socrate: ita beatos per diuinam essentiam, in qua
cognoscunt aliqua individua, habere notitiam in-
tuitionam aliquorū individuorum, quando existunt,
ac proinde videre illa existentia, ex notitiāque in-
tuitionis extremitatum videre coniunctionem eorum
inter se, atque adeò agnoscere alias complexiones
contingentes de præsente. Hoc tamen non carer D
difficulitate: quoniam cū creaturæ non videantur
in Deo nisi tamquam effectus in sua causa; essentia
verò diuina præcisè considerata à determinatione
voluntatis, non sit causa in actu respectu crea-
turarum, non satis intelligitur, quomodo per illam vi- E
deri possit effectus in actu existendi (ignorata in
Deo determinatione voluntatis, quā naturaliter est
occulta) quòd fit, vt improbabilis non sit opinio
Durandi, etiam quod complexiones contingentes
de præsente. Neque tamen idèo putes me existimare
beatos visione beatifica nullam complexioneum
contingentem, nullumque effectū in actu existen-
di videri: quod enim hōc loco afferro, est, non esse
improbabile beatos, vt visionis diuina essentia pre-
cise, nullam complexioneum contingentem, nullumque
effectum in actu, seu secundum esse existentia
videre, vt dicit Durandus. Vtrum autem beati idèo
intucentur complexiones contingentes, quia per
eamdem visionem, quā beatuntur, simul fit eis mani-
festa determinatio voluntatis diuina, vel alieuius
alterius in Deo, paulò post dicemus.

MEMBRVM III.

Beati quoniam eorum videant, que emi-
nenter sunt in Deo.

*Quoniam finis
sunt beatissimi
videant in
diuina essen-
tia.*

Cum ostensum sit, beatos non videre omnia,
quā sunt eminenter in Deo, videre tum ali-
qua explicandum restat, quoniam eorum videant.
Quod ergo attinet ad naturas communes, genera-
cas scilicet & specificas, & ad complexiones neces-
sarie, quā eis conueniunt, D. Thomas hoc loco in

A responso ad 4. & 3. contra gentes, cap. 19 ac alibi
asserit, singulos beatorum re ipsa videre diuina es-
senta omnes naturas genericas & specificas rerum
naturalium, & omnes complexiones necessariatas ea-
rum, ordinemque vniuersi. Quòd fit, vt visione beatifi-
ca multa perfectius quām in proprio genere, ple-
nam cognitionem in diuina essentia habeant om-
nium, tam quā ad speculationem, quām quā ad
actionem & præmix spectant, quā scientias natura-
libus cognosci possunt. Cum D. Thoma conueniūt
vt plurimum Theologi: decet namque appetitum
naturalis, quēm ad cognoscendas res naturales
creatas habemus, eo modo perfici visione omnium,
cū intuitu diuina essentia beatur. Quamvis, vt
recte D. Thomas in eadem responsione ad quartum
animaduertit, si beati nullam rerum creatarū con-
spicerent in Deo, sed solum cernerent, quia in eo
sunt formaliter, manerer nihilominus corum app-
petitus naturalis ad scientiam perfectè satiatus: quippe
cum viderent verū, in quo formaliter, aut eminenter
contineret tota latitudo veri, ad quam inclinat
intellectus, & possiderent bonū, in quo conti- B
netur tota latitudo boni, ad quam inclinat volun-
tas, vt artic. i. huius questionis disputat, & alibi in
superioribus explicatum est. Sola ergo diuina es- C
senta, quā satis est ad explendum totum appetitū in-
tellectus & voluntatis, est id, quod tamquā res ob-
iecta unumquebeatum efficit, iuxta illud Au- Beati sola di-
gustini §. Confessionum, cap. 4. Infelix homo qui sicut nec creature
omnia illa (creaturas scilicet) te autem nescit: beatus cognit[us] ma-
autem qui te sicut etiam si illa nescit: qui verò te & illa efficiunt sed
rout, non propter illa beatior est, sed propter te solum bea-
tum. Creature ergo visa in diuina essentia non fo-
lū magis beatum, sed ne beatum quidē quoniam
quam efficiuntur amēsi à posteriori licet colligere,
eum qui plura videt in diuina essentia, esse magis
beatum, quatenus id ex eo prouenit, quod plus vi-
deat & penetret diuinam essentiam, vt in superio-
ribus explicatum est.

Addit D. Thom. 3. contra gentes, cap. 60. singu-
los beatorum intueri in diuina essentia omnes spe-
cies numerorum, figurarum, & proportionum, quas
constat multiplicari posse in infinitum, ac proinde
videre infinita. Hoc autem quantum probabilitatis
habeat, patebit inferius.

Quod ad alias naturas specificas artinet, quas po- E
test Deus facere, iuxta sententiam D. Thomæ hoc
loco ad calcem corporis articuli dicendum est, bea- Beati pro-
tos cognoscere plures aut pauciores pro quantitate
luminis gloriae. Quòd verò cognoscere aliquas res species
probo ego hac ratione. Quia verissime est Deum possile
creare plures alias species minus perfectas
suprema, & magis perfectas infima earum, quas
creavit: ergo lumen gloriae & penetratio diuina
essentia, quā satis est ad intuendum in diuina es-
senta species, quas Deus re ipsa creavit, erit etiam
satis ad intuendum has alias, quas potest creare.
Patet consequentia, quia visio beatifica est operatio
naturalis, & non libera, per quam intuerit beatus
totum quod potest: neque est maior difficultas ex
natura rei in his conspicendiis in diuina essentia,
quā in conspicendiis aliis, quas creavit, quando-
quidem neque excedunt perfectionem supremam,
neque eatum perfectionem excedit infima earum
specierum, quas creavit. Malè ergo Scotus in 3. diff. 14. q. 2. & quidam alij tribuant D. Thomam, quod
crediderit animam Christi, nihil eorum cognoscere,
qua Deus scit scientia simplicis intelligentia, hoc
est eorum, quā sibi possunt, & numquam erunt,
sed solum scire ea, quā Deus scit scientia visionis
oppo-